

ac ipsi domino Vlrico, utpote quia ipse dominus Vlricus personaliter et plures de capitulo specialiter pro hac causa ad curiam missi fuerunt Rome presentes, quando dicta provisio fuit facta, et reversi de curia contra provisionem predictam, que etiam alias per multos de curia venientes, qui viderant et interfuerant, atque per litteras de curia undique missas et scriptas erat publica et manifesta, primo presentando, deinde taliter qualiter eligendo apposuerunt de novo manus capituli, que tamen fuerant prius clause. *Kein Herkommen oder irgendeine örtliche Befugnis können gegen die dem dei vicarius erteilte Gewalt geltend gemacht werden* — maxime postquam res per capitulum et partes utrinque contententes ad sedem apostolicam fuit deducta.³⁾ *Selbst wenn sich einige aus dem Klerus oder Trierer Untertanen in gutem Glauben widersetzen, fördern sie doch in gefährlicher Weise den Ungehorsam gegen die kirchliche Hierarchie.*

Gegen die vorgewendete Unsicherheit von Würzburg und des Weges dorthin wird auf die derzeitige Unsicherheit in deutschen Landen überhaupt hingewiesen, die im Sinne des Gegners jede auswärtige Ladung verhindern müsste. Im vorliegenden Falle sei aber durch Geleit des Erzbischofs von Mainz und des Bischofs von Würzburg für den größten Teil des Weges vom Trierer Territorium nach Würzburg Sicherheit gegeben. Zudem seien Vertreter des Klerus und Prokuratoren von Ritterschaft und Bürgern unbehelligt in Würzburg gewesen. Andererseits wird auf die zahlreichen Übergriffe Ulrichs hingewiesen.

Gegen die Appellation vom Papste an das Konzil wird grundsätzlich vorgebracht: Et si dicatur, quod concilium de hoc habeat cognoscere, an papa denegaverit iusticiam vel non, potest responderi, quod, licet sacrum concilium habeat dirigere papam et cardinales, ymmo totum mundum in hiis, que spectant ad fidem catholicam vel ad pacem et tranquillitatem atque reformationem morum in quolibet statu universaliter, utpote quia in illis maior est auctoritas orbis quam urbis⁴⁾, tamen secundum ierarchiam hactenus in statu ecclesiastico observatam provisio facta certe ecclesie de certa persona per papam indubitatum ex certa sciencia etc. . . . non venit per concilium in dubium revocanda . . . Alioquin aut oporteret semper generale concilium esse congregatum aut provisiones ecclesiarum non solum per sex menses, sed etiam per sex annos vel decem usque ad celebrationem concilii manere suspensas, quod esset quodammodo subvertere omnia iura.

¹⁾ *Über diese Vorgänge im Juli 1430 s. Meuthen a.a.O. 69f.*

²⁾ *1430 IX 10; s.o. Nr. 78.*

³⁾ *Nach der Wahl von 1430 II 27; Meuthen a.a.O. 60f.*

⁴⁾ *In den Scripta Nr. 141 lautet die Stelle etwas abweichend:* universaliter vel etiam particulariter, utpote quia in ipso sacro concilio maior est auctoritas orbis quam urbis seu universalis ecclesie quam eius membri, tamen usw.

1432 Juli 9, Basel.

Nr. 126

Konzilsprotokoll. NuK als Prokurator Ulrichs.

Kop.: PARIS, *Bibl. Nat.*, lat. 15623 f. 46^v; ROM, *Bibl. Vat.*, *Regin.* 1017 f. 164^v (*zu den Hss. s.o. zu Nr. 102*).

Druck: CB II 160.

Erw.: Vansteenberghe 54; Meuthen, *Trierer Schisma* 126.

Generalkongregation . . . , in qua dominus inquisitor Maguntinus retulit, quod pro pace et concordia reformanda inter contententes de ecclesia Treuerensi domini de natione Germanica avisaverant fore expediens, ut pro parte concilii mitterentur ad dictos dominos contententes, videlicet ad dominum translatum dominus Wernestus eius secretarius¹⁾, et dominus Nycolaus decanus Confluentie ad dominum electum, assumptis secum aliquibus de dicta natione Germanica, super suspensione processuum et via facti hincinde sub spe pacis prohibenda etc.

2 reformanda: tractanda R avisaverant: advisarent R 3 ut — concilii: pro parte concilii ut R
4 Wernestus: Warnestus P Nycolaus: N. P 6 prohibenda: habenda R.

¹⁾ *Ernst Dufel.*